



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

66 Consuetudo pia, qua laici solent sumptus aliquos in necessariis  
ecclesiae facere, maximè est servanda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

rere debet, quia, ubi est eadem ratio, idem jus statui debet, *cap. translato*, & ibi glos. *fin. de constit.*

- 65 Tertio casu, ꝛ si fructus parochialis sunt aded tenues, ut non excedant annuum redditum decem, aut viginti scutorum, ut quàmplures pluribus in locis reperiuntur, & parochus nullos alios redditus percipiat, quam incertas altaris, & alias oblationes, quæ arbitrio fiunt, & quibus parochus malè vestitus, vix pane siliiginis, aut alterius misturæ deterioris conditionis victitare potest, ut pluribus in locis in montanis diocesis Vercellen. vidi, tunc parochus in nihilo concurrere debet, ex supra in primo casu allegatis sed, parochiani omnia onera subire tenentur: & ubi-  
 66 cunque ꝛ viget talis pia consuetudo, quod parochiani omnia onera, tam concernentia fabricam, quam ornatum altaris, ceram, olumque in lampade ardens, & alia subministranda subeant, ut pluribus in locis vidit. illa est servanda. Hec est & alij in c. i. de Eccl. adific. quia consuetudo habet vim legis l. i. § denique. vers. sane enim, & ibi Bart. n. i. ff. de aqua pluvia. arc.  
 67 Sacrum ꝛ concilium Tridentinum indigentia parochorum cupiens providere, ut congruè sustentari valeant, decrevit, quodd. Episcopi curent, ut si per beneficiorum unionem fieri non possit, per primitiarum, vel decimarum assignationem, aut per parochianorum symbola, ac collectas, aut qua commodiore eis videbitur ratione tantum redigatur, quod pro rectoris, & parochi necessitate decenter sufficiat. ut in c. 13. sess. 24. de resor. quo fit, ut cum parochis indigentibus provideri voluerit, ultra vires gravari non possint.  
 68 Quarta ꝛ etiam solet, quando parochia-

les ecclesie sunt juris patronatus, quis reneatur ad fabricæ constructionem, & restaurationem, si verustate, aut alio casu collabantur, & est distinguendum, quia, aut ecclesia habet fabricam cum redditibus particularibus, & sufficientibus, ut pluribus in locis habent ecclesie cathedrales, & collegiatae, & tunc ex redditibus fabricæ ecclesie sunt ædificandæ, & restaurandæ ut in c. unio, ubi etiam gl. 10. qu. 3. & Lambert. de jur. pat. art. 2. 7. qu. princ. lib. 3. n. 7. aut nulla adesse portio fabricæ assignata, & ecclesia habet amplos, & sufficientes redditus, pro rectoris sustentatione, & ecclesie ædificatione, aut restauratione, & tunc, nisi contraria vigeat consuetudo, de redditibus ejusdem parochialis erit ecclesia restauranda, ut cap. de his, de eccles. adific. concurrentibus etiam aliis beneficiatis in eadem ecclesia existentibus, ut per Lambert. eod. n. 7. vers. aut sumus.  
 Si verò rectori ꝛ deductis sumptibus ad sui sustentationem necessariis, de quibus supra, non super sunt redditus, cum quibus ecclesiam possit restaurare, se illius restorationi concurrere, tunc, si est juris patronatus parochianorum, tenentur ipsi parochiani ad illius ædificationem, & restaurationem, tam in corpore, quam in membris, ut in fabrica, cæpanilis, sacristia, & domus canonicalis, in locis, in quibus aliàs non fuerunt fabricæ, aut reperiuntur verustate collapsæ, quia domus canonicalis, campanile, & sacristia veniunt accessorie ad ipsam ecclesiam, & ꝛ accessorium sequitur naturam sui principalis. c. si super gratia. de off. del. in 6. c. accessorium de reg. jur. eo lib. Pau de citad. in terminis de iure patr. in 6. par. art. 5. quæst. 3. & Lambert. eodem. tit.